poſſit orare ⁊ vigilare. Nam
poſt cenam increpauit dñs
apoſtolos quia orare ⁊ vigi
lare nō poterāt. Mathe. xxvi
Abſtinentia meretur indul-
gentiam peccatorum. Nam
temꝑauit dominus penam
achab regi quam ei cōmina-
tus fuerat propter ieiunium
quod ſeruauit. iij. Regū. xxi
Niniuitis dominus ſubuer
ſionem ciuitatis pepꝑcit. quia
a maximo vſq; ad minimū
omnes ſe ieiunio afflixerunt
Ione. iij. Abſtinere debet
homo ꝓpter aliorū exemplū
Naꝫ dauid deſideratā aquā
de bethleem allatam ſibi bi-
bere noluit. vt exemplum ab
ſtinentie aliis preberet. ſcd'i.
Regū. xxiij. Eleazarus ma-
luit occidi ꝙ carnes porci-
nas manducare vt aliis ex-
emplū preberet. ij. Macha.
vi. Septem fratres cū pia
ipſorum matre potius vari-
os cruciatus voluerunt acci
pere ꝙ de eſu ſacrilego man
ducare ne alij ſimilia ꝑpetra
rent. ij. Machabeorum. vij.

Quāq; eſuriret petr⁹ tamen
noluit immūda manducare
ne exemplum ingluuiei aliis
daret. Act. x.

De acceptiōe muneꝝ.

Acceptiō munerum
- Vendit libertatis obſequium
- Peruertit veritatis iudiciū
- Nutrit ꝑditionis flagiciū
- Prebet ſimonie viciū.
- Valet ad deū placandum
- Valet ſi munus fuerit ꝓprium.

Ccipe non debet homo munera pro impenſis ſeruiciis ꝙſi ſeruicia vendens. ideo abraham noluit accipere munera que ei obtulit rex ſodomoꝝ ꝓ victoria quam fecit de inimicis ſuis ne ſeruicium vendere videret᷑. Geneſis. xiiij.

Magiſter milicie regis babi
lonis nō accepit a Jheremia
munera pro liberatōe ipſius
ſed dedit ei munuſcula. ⁊ di/
miſit eum Jheremie. xl. Da
niel reſpondit balthaſar regi
munera promittēti pro expo
ſitiōe ſcripture Munera tua
tibi ſint. ⁊ donaria domus
tue da alteri Danielis. v

Acceptio muneꝝ perver/
tit iudicium ⁊ veritatem. ideo
balaam a nuncijs balach ac
ceptis muneribus ↄtra iuſti
ciam populo dei maledicere
ſatagebat. Numeri. xxij. ca.
Munera q̄ ſyba obtulit cau
ſa fuerunt. q̄ david falſam
ſententiam dedit contra mi/
phiboſeth. ij. Regum. ix. ca.
Menelaus propter vaſa au
rea que dedit andronico con
tra iuſticiam fecit onyam oc/
cidi. ⁊ ꝓpter pecuniam quam
ptholomeo ꝓmiſit evaſit ipē
fecit accuſatores occidi. ſcd'i
Machabeoꝝ. iiij. Propter
pecuniam quam cuſtodes ſe
pulchri Chriſti acceperunt a
principibus ſacerdotum miē
titi ſūt corpus chriſti furtim
ab apoſtolis ſublatum. Ma
thei. xxviij. Felix preſes tene
bat paulū in vinculis. quia
ſperabat ab eo pecuniam ob/
tinere Actuum. xxiiij.

Ac
ceptio munerum generat et
nutrit ꝑditionem. Nā aioth
per munera que dedit eglon
regi moab. ipſum prodicioſe
occidit Judicum. iij. Dalila
ſampſonem tradidit philiſte
is ꝓpter munera que accepit
ab eis Judicum. xvj. capit.
Propter mūera benedab rex
ſyrie rupit fedus quod fece/
rat cum rege iſrahel. iij. Re.
xv. Muneribus triphonis d̄
ceptus eſt ionathas. dimit/
tens ſocios. qui fuit ꝑdicio
ſe occiſus primi Machabeo
rum. xij. Menelaus propter
accepta mūera a iaſone poſt/
ea ipſum nequiter ſupplanta
uit. ſecundi Machabeo. iiij.

Acceptio munerum eſt
cauſa ſymonie Ideo de filijs
heli dicitur. Declinaverunt
poſt avariciam. ⁊ ſuſceperunt
munera primi Regum. viij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia iesi accepit munera ꝓ ſanatione naaman. arripuit eum lepra. iiij. Regum. v. Propter munera que ꝓmi-ſit iaſon anthiocho ſummū occupauit ſacerdotium. ſcdi Machab. iiij. Alchimus cu-piēs fieri ſummus ſacerdos demetrio coronā aureā pre-ſentauit. ij. Machabeo. xiiij. Symon magus voluit ſpi-ritum ſanctum muneribus ꝛ pecunia comparare. Actuū. viij. Accipere debent mu-nera deo ſeruientes. ꝛ paupe res a diuitibus ad deum pla candum. In cuius figura ia cob miſit fratri ſuo mūera vt placaret eum. Geneſis trice ſimotercio. Munera obtule runt filij iſrahel ad opus ta-bernaculi quantū oportebat in opere. Exod. xxxv. capitu. In ſignum ꝙ munera ſunt danda deo dedit regina ſaba regi ſalomoni centū viginti talenta auri. iij. Regum. x. Interfecto aman iudei largi ti ſunt paupibꝫ elemoſinas. Heſter. nono. In cuius etiā figura ionathas dedit regi a lexandro munera et inuenit gratiam coram eo. pri. Ma-chabe. x. Accipi nō debent munera de alieno ſed de pro prio vt ſit deo placitum. Jō dauid noluit offerre ſacrifici um de munere alieno ſed de ꝓprio vt deo ſit placitum. ij. Regum. xxiiij. Rex achaz ſpoliata domo dn̄i ꝛ regum. miſit munera regi aſſyriorū ꝛ nihil ei ꝓfuerunt. ij. paral. xxviij. Magi apertis theſau ris ſuis nō alienis obtulerūt aurū thus ꝛ myrrā. Mathei. ij. Duo minuta paupercule ꝓprio queſita labore a domi no diuitum muneribus pre feruntur. Luc. xxi.

De accidia

	Requirit repꝛehenſionem
	Parit tranſgreſſionem.
Accidie vicium	Inquirit occiſionem.
	Exquirit punitionem.